



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

27. S. Beda Ven. Doctor

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

366 XXVI. Maji. S. Philippi Nerii.

rifica, quibus & ipsa eum glorificare  
voluit S. Romana Ecclesia, absolute re-  
spuit. Talia operatur humilitas in cor-  
dibus Servorum Dei radicata. Fili! al-  
ta quid petimus? Nonne ut lapsu gr-  
viore ruamus? Retrahamus pedem  
**Vallem quæramus, &**

*Instructio meritoria.*

Ut seriō, & generosō animō sperna-  
mus omnia, quæ humilia non sunt, fle-  
xis genibūs coram Crucifixo detestemur  
nostram ambitionem, & frequentiori  
possidendi desideria. Addamus dein  
Lycanias de SS. Nominē Humillimi Iesu.  
**Humilitate vincimus mundum, & no-**  
bis attrahimus Deum. Bene Salomon:  
quanto es magnus, humilia te in omni-  
bus, & coram Deo invenies gratiam.  
Eccl. 3.

**Festum Sancti, & Venerabilis**  
Bedæ, Magni Doctoris ex Ordine  
SS. P. Benedicti.

**EXHORTATIUNCULA I.**

**T**otum Sancti & Venerabilis Bedæ  
vivere fuit continuum legere, sem-  
per



per scribere, docere, & orare semper. Sancti labores, dum habent, amant; quærunt, si careant. Pereat otium in domo Dei! Dilecte! recordemur, ad quid nati, & vocati simus! non degeneremus ab excelsis Patrum nostrorum studiis! Sic Dei honor exigit.

*Instructio meritoria.*

Cœlum ut plures ejusmodi zelos viros in sua excitet Ecclesia, recitemus hymnum: *Veni Creator Spiritus,* cum oratione de Festo. Satagamus totam diem hodiernam non nisi aut precibus; aut sacris studiis, vel piis iectinibus impendere. Otiositas est inimica animæ. In domo Dei stamus! ergo ad laudes! ad litteras! procul cum desidia!

II.

**S** Beda bonis, & devotis erat totus affabilis; superbis verò, & negligenteribus sanctè iratus, & terribilis! Sic virtus amorem; vitium verò sibi parit odium, & aversionem. Fili mi! Non placebimus cœlo, nec homini, nisi ex sola virtute, modestiâ, & humilitate.

Q 4

*In-*

*Instructio meritoria.*

In satis factionem, superbiæ, acelatæ aut inflatæ vitæ à Venerabili Patre spirituali petamus licentiam exercendi auctum proprii contemptus & vilipensionis, alia naturæ, & propriæ propensioni apprime contrarium. Ut nos ipsos triumphemus, ter orabimus Psalmum : *Dñe! non est exaltatum cor meum.* Vincenti, & sese humilianti dabit manna, & nomen novum, quod Deus nominabit.

## III.

**O** quām pretiosa mors Sanctorum! B. Beda in die Ascensionis super cibicium corpori subiectum decumbens, illibato sensu, & hilari vultu intonat: *O Rex Gloriæ!* Et sic jubilans evolat ad cœlum. Dilecte! Non sequemur nos peregrini, & advenæ super hanc terram! Fili mi! strenuè laboremus pro cœlo! & assequemur.

*Instructio meritoria.*

Distributioni temporis hodiè intendamus accuratissimè; & ut magna pro Deo, & hujus honore audeamus, pa-

cia-

tiamurque, in Patronum nostrum nobis eligamus Doctorem Ecclesiaz adeò Venerabilem, cui & unam sacramentalem Communionem offeramus! In hac cibus & potus datur verè sapientibus. Reficitur corpus: cur fame & siti pereat anima, & in hac Dei gratia?

## J U N I U S.

Solemnitas Triumphantis, &  
Amantissimi Cordis D. N. Jesu  
Christi.

### EXHORTATIUNCULA I.

O Quale agimus festum! Sanctissimum & suavissimum. Sanctissimum; quia de latere Jesu; Suavissimum; quia festum Amoris. Et ô dilekte fili! quot sunt, qui illud gratâ venerantur memoriâ? Quot sunt, qui singulari pietate, affectu, & devotione Cor Jesu consolantur & diligunt. En! novam & crudelem lanceam, quæ de nuò Jesu renovat vulnera. O detestandam mortalium ingratitudinem!

### Instructio meritoria.

Sed quid nos? O fili! compensemus

Q s in